



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ
Principia Et Usum**

De iudiciis civilibus

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii [u.a.], 1765

Prooemium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68163)



PROOEMIUM.

AD complendas Institutiones Juris Canonici servit præsens Tractatus de Judiciis Ecclesiasticis. Materia hæc non tantum Volumina, sed integras Bibliothecas replet: unde non plena doctrina tradi potest; sed quædam solummodo observationes, Rubricis Juris Canonici respondentes, in brevem synopsis compinguntur, notatis Autoribus, ex quibus plenior notitia haurienda est. Immiscentur autem varia, quæ ad Judicia secularia & Summorum Tribunalium Imperii pertinent, cum hi libelli scripti sint in gratiam eorum, qui in Catholica, & Electorali hac Universitate ad notitiam cum Juris Canonici, tum etiam Juris Romano-Statutarii, & Publici aspirant. Hæc ipsa causa est, quod in duas Sectiones Tractatus sit dividendus, quarum prior de Judiciis Civilibus, altera de Criminalibus aget.

) (2

Occo-